



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

Caput XX. Superiores Ordinum Episcopis non subjecti inferiora Monasteria
visitent, ac corrigant, etiam commendata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

,,Regulari occulte ferendi habitum suæ Sæcul. XVI.
,,Religionis. A.C. 1563.

§. LXX.

De visitatione Monasteriorum.

C A P U T XX.

*Superiores ordinum Episcopis non subjecti
inferiora monasteria visitent, ac corri-
gant, etiam commendata.*

„A bbates, qui sunt Ordinum capita,
„ac ceteri prædictorum Ordinum
„Superiores, Episcopis non subjecti,
„quibus est in alia inferiora monasteria,
„Prioratusve legitima jurisdictio, ea-
„dem illa sibi subdita monasteria, &
„Prioratus, suo quisque loco, atque
„ordine, ex officio visitent, etiamsi
„commendata existant. Quæ cum or-
„dinum suorum capitibus subsint, de-
„clarat sancta Synodus in iis, quæ alias
„de visitatione monasteriorum commen-
„datorum definita sunt, non esse com-
„prehensa, teneanturque, quicunque
„prædictorum Ordinum monasteriis præ-
„sunt, prædictos visitatores recipere,
„& illorum ordinationes exequi: ipsa
„quoque Monasteria, quæ sunt Ordinum
„capita, juxta sanctæ Sedis Apostolicæ
„& cujusque ordinis constitutiones visi-
„tentur. Et quamdiu durabunt hujus-
„modi commendæ, Piores claustrales
„aut

Sæcul. XVI., aut in Prioratibus conventum haben.
A. C. 1563., tibus Subperiores, qui correctiones, &
 „spirituale regimen exercent, a capitu-
 „lis generalibus, vel ipsorum Ordinum
 „visitatoribus instituantur. In ceteris
 „omnibus præfotorum Ordinum privi-
 „legia, & facultates, quæ ipsorum
 „personas, & loca, & jura concernunt,
 „firma sint, & illæsa.

§. LXXI.
De Monasteriis in commendam datis.

C A P U T XXI.

Monasteria regularibus conferantur: Ordinum capita nemini in posterum commendentur.

Cum pleraque Monasteria, etiam
 „Abbatis, Prioratus, & Præposi-
 „turæ, ex mala eorum, quibus com-
 „missa fuerunt, administratione, non
 „levia passa fuerint, tam in spirituali-
 „bus, quam in temporalibus detrimen-
 „ta, cupit sancta Synodus ea ad con-
 „gruam monasticæ vitæ disciplinam om-
 „nino revocare; verum adeo dura, diffi-
 „cilisque est præsentium temporum con-
 „ditio, ut nec statim omnibus, nec com-
 „mune ubique, quod optaret, reme-
 „dium possit adhiberi: ut tamen ni-
 „hil prætermittat, unde prædictis fa-
 „lubriter aliquando provideri possit,
 „pri-